almamater
biblioteca digital de fundo antigo da universidade de coimbra

F. Hectoris Pinti Lusitani Hieronymiani in Sacra Theologia doctoris, Sanctae Scripturae in Conimbricensi Academia professoris In diuinum vatem Nahum commentarii ...

Autor(es): Pinto, Heitor

Fonte: Ref:Anselmo 876; Ref:Gusmão 847; Ref:Cat. Res. Coimbra 1902

Publicado por: ex officina Antonij à Mariz

URL persistente: URI:http://bdigital.sib.uc.pt/bg6/UCBG-R-21-3b/globalItems.html; URI:http://hdl.handle.net/10316.2/8659

Accessed : 27-Mar-2020 22:11:19

A navegação consulta e descarregamento dos títulos inseridos nas Bibliotecas Digitais UC Digitalis, UC Pombalina e UC Impactum, pressupõem a aceitação plena e sem reservas dos Termos e Condições de Uso destas Bibliotecas Digitais, disponíveis em https://digitalis.uc.pt/pt-pt/termos.

Conforme exposto nos referidos Termos e Condições de Uso, o descarregamento de títulos de acesso restrito requer uma licença válida de autorização devendo o utilizador aceder ao(s) documento(s) a partir de um endereço de IP da instituição detentora da supramencionada licença.

Ao utilizador é apenas permitido o descarregamento para uso pessoal, pelo que o emprego do(s) título(s) descarregado(s) para outro fim, designadamente comercial, carece de autorização do respetivo autor ou editor da obra.

Na medida em que todas as obras da UC Digitalis se encontram protegidas pelo Código do Direito de Autor e Direitos Conexos e demais legislação aplicável, toda a cópia, parcial ou total, deste documento, nos casos em que é legalmente admitida, deverá conter ou fazer-se acompanhar por este aviso.

almamater
biblioteca digital de fundo antigo da universidade de coimbra

almamater.uc.pt
digitalis.uc.pt

Sala R
Gab.
Est.
Tab. 21
N.° 3

R
21
3

F. HECTORIS PINTI LVSITANI HIERONYMIANI IN SACRA THEOLOGIA DOCTORIS, SANCTÆ SCRIPTVRÆ IN CONIMBRICENSI ACADEMIA PROFESSORIS, IN DIVINVM VATEM NAHVM COMMENTARII.

Omnia iudicio & correctioni ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Catholicæ ſubjecta ſunto.

CONIMBRICÆ.

Ex Officina Antonij à Mariz, Archipographi & Bibliopoli Vniuerſitatis.

Anno 1579.

Cum licentia ſuperiorum & generalis Officij ſanctæ Inquiſitionis: & Ordinarij.

¶ Cum Priuilegio Regis.

Priuilegio.

VEl Rey faço ſaber, aos que eſte aluara virem, que ey por bem & me praz, que frey Hector Pinto doctor em ſancta theologia, & lente da ſagrada eſcriptura na Vniuerſidade de Coimbra poſſa mandar imprimir o liuro que fez, que ſe intitula Cõmentarios ſobre os prophetas Daniel, & Nahũ, & ſobre as Lamentaçõees de Ieremias: & que Imprimidor, ou liureiro algum, nẽ outra peſſoa de qualquer qualidade que ſeja, poſſa imprimir nem vender em todos meus Reynos & ſenhorios, nẽ mandar imprimir nẽ trazer de fora delles o dito liuro por tẽpo de dez annos, ſaluo aquelles liureiros & peſſoas que pera iſſo ſua licença tiuerem. E qualquer Imprimidor, liureiro ou peſſoa, que durando o dito tẽpo imprimir ou vẽder o dito liuro nos ditos meus Reynos & ſenhorios, ou de fora delles trouxer ſem licença do dito frey Hector Pinto, perderá pera elle todos os volumes que aſsi imprimir, vẽder, ou de fora trouxer: & alẽ diſſo encorrera em pena de cincoenta cruzados, ametade pera minha camara, & a outra ametade pera quẽ o acuſar. E mando a todas minhas juſtiças, officiaes & peſſoas a que o conhecimẽto diſto pertẽcer, que lhe cũpram & guardẽ, & fação inteiramẽte comprir & guardar eſte aluara como ſe nelle contẽ: o qual ey por bem que valha como ſe foſſe carta feita em meu nome por mĩ aſsinada paſſada pela chãcellaria, poſto que por ella não ſeja paſſado, ſem embargo das ordenaçõees, que o contrairo deſpoem. E o dito liuro foi taxado na meſa do deſpacho dos meus deſembargadores do Paço, que ſe podeſſe vẽder em papel a oyto cẽtos rés. E eſte ſe treladara no principio do dito liuro, pera ſe ſaber como aſsi o ouue por bem. Manoel Godinho de Caſtelbranco o fez em Lisboa, a oito de Agoſto, de 1579.

Rey.

Dom Ioão Tello.

¶ *Approbatio doctoris fratris Antonij de S. Dominico in academia Conimbricenſi ſacræ theologiæ primarij profeſſoris.*

COmmentarios in Danielẽ & Nahum, & in threnos Ieremiæ quos nuper edidit inſignis Doctor frater Hector Pintꝰ, in inclyta Conimbricẽſi Vniuerſitate ſcripturæ ſacræ publicꝰ elucidator, mãdãte Sereniſsimo Rege noſtro, dũ ſupremi fidei cenſoris fungeretur officio, quãta potui cura & animaduerſione perlegi. in quibus non ſolũ nihil reperi, quòd pias aures offendere poſsit, ſed opus iudico eſſe eximiũ & multiplici eruditione refertũ, nec minus refert parentẽ, quam illi quos dudũ in alios prophetas cõſcripſit. Quare non eſt cur nõ eadem animorum lętitia ab omnibus excipiatur: non minores largiturus diuitias. ¶ Frater Antoniꝰ de S. Dñico.

¶ Licentia ſanctæ Inquiſitionis.

VIſta a enformação podẽſe imprimir, & torne o proprio com hũ dos impreſſos a eſta meſa: E eſte deſpacho ſe imprimirá no principio do liuro cõ a dita enformação. Em Lisboa aos doze dias de Iulho: Manoel Antunez Secretario do conſelho geeral do ſancto officio da Inquiſiçam o fez, de 1577. Annos.

Liião Anriquez.

¶ *Licentia Ordinarij.*

DO facultatem vt hi Commentarij fratris Hectoris Pinti, in ſacra theologia doctoris imprimantur.

Doctor Antonius Vaz. Ordinarius.

EGo Frater Ioannes Penamacorenſis præſes generalis ordinis diui Hieronymi in regno Portugaliæ do fratri Hectori Pinto Luſitano, in ſacra theologia doctori, monacho ordinis noſtri copiam & facultatem mandandi typis Cõmentarios, quos compoſuit in prophetas Danielem, & Nahum, & Lamentationes Ieremiæ, eo quòd ſint doctiſsimi & admirabili eruditione pleniſsimi. Datum in monaſterio Bethlehemitico.

Frater Ioannes Penamacorenſis.

¶ CLA-

CLARISSIMO VIRO AC Domino Georgio Syluio, nobiliſsima ſtirpe nato,

virtutum præſtantia integerrimo, Frater Hector Pintus Doctor theologus ſalutem, & gloriam ſempiternam.

Vm ſæpenumerò cauſam perquiram, illuſtriſsime vir, cur cùm conſtemus ex animo immortali, & corpore caduco, corporis curandi conſeruandiq; artẽ diligenter quæramus, animi autem medicinam pro nihilo putemus: hanc inuenio potiſsimùm, quia corporis dolorem animo perpendimus, animi autem ægritudinem corpore non ſentimus. Et quanuis ſe animus iudicet, id tamen efficit, quando iam iudicium laborat perturbatione. Inde euenit cæca peſtilentium voluptatum, mundiq; diuitiarum ac honorum cupiditas, & cæterorum vitiorum colluuio, quibus diuina atque humana iura violantur. Et quia huius calamitatis remediũ eſt ex diuinis literis depromendum, dedi operam, vt eas explanarem. Nihil eſt enim, quod homines à vitijs reuocet acrius, & ad virtutes cohortetur ardentius, quàm diuina doctrina, quæ ſacris literis continetur. Vt in arca Noe erant varij cibi, varietati animantium congruẽtes: ſic in ſacra ſcriptura eſt multiplex doctrina, omni hominum generi conueniens, qua animi reficiuntur, & ad immortalitatem inflammantur. Elegi autem vetus teſtamentum exponendum, quòd ſit explanatu difficilimum. Nam ſanctum Chriſti ſeruatoris noſtri euangelium, tametſi multis in locis abſtruſas & reconditas habeat intelligentias, eſt tamen aqua illa clara, quam vidit Ezechiel per omnes terrarum oras fluentem, quæ egrediebatur ex oſtio ſacrarij, hoc eſt ex Chriſto, qui ait apud Ioannem decimo: Ego ſum oſtium, ſi quis per me introierit, ſaluabitur. Hæc eſt aqua, quam ipſe promiſit apud eundem Ezechielẽ trigeſimo ſeptimo, cùm has voces emiſit: Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. De illa dixerat Dauid pſalmo vigeſimo ſecundo: Super aquas refectionis educauit me: animam meam conuertit. Et Eccleſiaſticus quintodecimo: Aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum. Ad has aquas nos inuitat capite quinquageſimo quinto his verbis Eſaias: Omnes ſitientes venite ad aquas. De quibus ait Ioel tertio: Per omnes riuos Iudah ibunt aquæ. Acſi dicat: Omnes mundi partes rigabunsur aquis euangelicæ doctrinæ, quibus Deum confitentes & laudantes edent vberrimos virtutum fructus. Eſt etiam doctrina diuinorum vatum aqua ſalutaris, ſed abdita & obſcura, iuxta illud pſalmographi: Tenebroſa aqua in nubibus aeris. Quod Hieronymus & Auguſtinus de lectione prophetarũ interpretantur. Quare in eorum explanatione cum Moſe ingredior nubem & caliginem, dicens cum diuino ac regio vate: Reuela domine oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. Oportet enim ferre filum diuini fauoris, vt poßim cum Theſeo Labyrinthum penetrare. Ex prophetis minoribus, quos ſuſcepi explicandos, vnus eſt Nahum, qui fuit, vt ait Epiphanius in eius vita, de tribu Simeonis, natus Elceſi trans Iordanem. Extitit, vt Ioſephus libro nono Antiquitatum memoriæ prodidit, gubernaculum reipublicæ tractante Ioathamo

Similitudo. Genes. 6

Exec. 47

Ioan. 10.

Ezec. 37.

Pſal. 22.

Eccle. 15

Eſai. 55. Ioel. 3.

Pſal. 17.

Hieron. Auguſt.

Pſal. 118.

Epipha.

Ioſeph.

Hieron. *Ioathamo rege Iudah: sed vaticinatus est, teste Hieronymo, regnante Ezechia post decem tribuum euersionem. Vaticinatur de vrbis Niniuiticæ exitio & vastitate: & de prædicatione Euangelij longè lateq; propaganda. Ostendit mundi prosperitatē ad quam mortales auiditate incensi aspirant, esse falsam, incertam, & caducam: veram autem virtutem solidam esse, defixamq; radicibus, quæ nulla temporum varietate labefactatur. Hæc & alia huiusmodi in his explico commentarijs, quos tibi vir clarissimè dedicaui, non vt te illustrent, nec enim aquis Oceanus indiget: sed vt ipsi splendore tuo illustrentur. Tu es enim ille, quem nulla socordia, nulla intemperantia, nulla denique flagitia delectarunt. Nihil in vita expetendum putasti, nisi quod esset cum laude & dignitate coniunctum. Voluisti sapientiam & virtutem cum generis nobilitate copulare. Ducis enim genus tuum ab antiquo Syluio Rege Latij & Albæ inuictissimo. Ab eo ortus est Latinus Syluius, à quo descendit Atis Syluius, qui genuit Capim, & Capis Capetum, & Capetus Tiberinum, à quo*

Volaterran. Liuius. August. Euseb. *Numitor dimanauit. Omnes hi fuerunt reges authore Raphaële Volaterrano in libro sexto geographiæ. Ac vt ait Titus Liuius libro primo ab vrbe condita, & diuus Augustinus decimo octauo de ciuitate Dei: et Eusebius in chronicis, non solùm fuerunt reges, sed Syluij appellati. Huius Numitoris Syluij nepos fuit Romulus, qui primus Romam mundi caput, terrorem & asylum condidit, & ad amplitudinē perduxit. Ab his clarissimis principibus ducunt progeniem suam Syluij Romani, qui vt Siculus ait Marineus, & antiquæ*

Marineus. *monumenta testantur, se ex Italia contulerunt in Lusitaniam: vbi pro regum suorum honore, & huius regni defensione præclara facinora ediderunt, nomenq; suum immortalitati commendarunt. Quæ tam immemor erit posteritas, quæ tam ingratæ literæ reperientur, quæ eorum gloriam non immortalitatis memoria prosequantur? Hæc est prosapia tua vir nobilissimè, quam tu virtute, eruditione, magnificentia, & publicis beneficijs in regnum collatis non solùm non obscurare, sed etiam illustrare contendis. Quare tibi debentur opera mea: maximè cùm ea literis mandauerim in tuo diui Marci monasterio: vnde euocatus sum ab hac insigni Conimbricensi academia ad sacram scripturam explanandam.*

Vale.

Conimbricæ. iiij. Id. Martij. Anno à sacrosanctæ virginis partu. 1577.

¶ PRO-

PROPHETIA NAHVM.

Argumentum primi capitis.

RAE DICIT diuinus vates Ninæ ciuitatis Assyriorum regiæ exitium & vastitatē. Explicat iustā Dei vltionem in Assyrios, & benignitatē erga Hebræos: & de ecclesiæ institutione, & apostolorum prædicatione tandem vaticinatur.

Caput primum.

A *ONus Niniuæ, liber visionis Nahū Elcesæi. Deus æmulator & vlciscens dominus, vlciscens dominus, & habens furōrem: vlciscens dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate & turbine viæ eius: & nebulæ puluis pedū eius.*

B *Increpans mare, & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo.*

Explanatio.

ONus. Hoc est, dura vaticinatio. Sēsus est: incipit grauis & aspera aduersus Niniuem prophetia. Onus non solùm calamitatem, sed vaticinationē sępenumero significat, qua calamitas, grauis Dei vltio, & infausta ac infelicia annuntiantur. In hanc significationē sumitur capite Esaiæ. 13. Onus Babylonis, quod vidit Esaias filius Amos. Et. 15. Onus Moab. Primo Habacuc: Onus quod vidit Habacuc propheta. Et Malach. 1. Onus verbi domini ad Israel. Prædicebant diuini vates vētura supplicia, quia Deus illis ita præcipiebat: & vt homines à vitijs deterrerent, atque ad virtutes excitarent. Deinde quia calamitates illis solent esse grauiores, quos inueniūt incautos & improuidos, de illis minimè cogitantes. Nā vt diūus ait Gregorius in homilia quadā, minus iacula feriūt, quæ præuidētur. Pręterea vt Dei iustitiā ostenderent, & viros pios ab impijs vexatos cōsolarentur. Demū vt significarent, calamitates quæ detrimentū interdum hominibus afferunt, vtiles illis esse aliquando. Nam onus naturaliter tendit ad centrum: cùm autem calamitas sit onus, perspicuum est eam nos ad centrum ducere. Ex quo fit, vt quæ fuerit æquo animo tolerata, nos ducat ad Deum centrum illud, ad quod mens virtute prædita aspirat: quæ autem animum perturbauerit, à tolerantia dimouerit, eique desperationem adhibuerit, nos ducet ad terræ centrum, vbi est damnatorum regio constituta, in qua illi acerbis ęternisque cruciatibus torquētur. Itaq; calamitas ostendit qualis quisq; sit, fortis ne, an fragilis: pi⁹, an impius: firmitate animi, & cōstāte ac perpetua ratione vitæ septus, an inconstantia & mutabili-

tate insignis: virtutũ ornamentis exculᵗ, an scelerum maculis cõtaminatus. Ea est cribrũ diuidens lolium à frumento. Vt in torcularis cõpressione vinũ ab acinis separatur: sic in calamitate & tẽtatione boni à malis seiungũtur. Eam ob causam dixit angelus Tobiæ cap. 12. Necesse fuit, vt tẽtatio probaret te. Vir cõstans & stabilis in calamitatibus suis ad Deũ tanquã ad arcẽ tutissimã confugit, dicẽs cũ Dauide psal. 24. Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Vel vt põt etiã verti ex Hebrẽo: quia solus & afflictus sũ ego. Et cum Paulo apostolo ad Rom. 9. Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculũ, an persecutio? Acsi dicat: nihil horum. Mobilis aũt & imbecillus quacũq; rerum aduersarũ procella tolerantiã amittit. De huiusmodi hominibᵘ ait Ecclesiasticus cap. 2. Væ his, qui perdiderũt sustinentiam. Ideo ait ipse. 27. Vasa figuli probat fornax, & hoĩes iustos tẽtatio tribulationis. Id intelligẽs Oseas. 4. Maledictũ, inquit, & mendaciũ, & homicidiũ, & furtũ, & adulteriũ inundauerunt. Vbi pro inundauerũt põt etiam verti ex Hebræo, diuiserũt. His enim rebus illi qui virtute singulariq; constãtia sunt muniti, ab illis qui nulla vera honestate, nulla solida firmitudine sunt septi, separãtur, & cognoscuntur. Accidit enim sẽpenumero, vt qui Deum Israelis videbantur sequi, orta tẽpestate vela mutent, & sequãtur Baal: qui dicebant se de fontibus saluatoris aquas haurire, se ad cisternas cõferãt dissipatas: & qui se antea reipublicẽ Christianæ prẽferebant defensores, in ea postea vt Iudas in cœna, & Sinon in vrbe Troiana reperiantur. Est nãque tentatio veluti lapis Eraclius, verum aurum à falso discernens: quasi ventilabrũ paleas à granis seiungẽs: sicut procella, qua ostẽditur, quis in arenã fluxam, quis in lapidẽ firmũ ieterit fundamenta. Ea sæpe virtutis simulationem aperuit, & animi fortitudinẽ cõstantiãq; declarauit. Viri pij in ærũnarũ angustijs cõferunt se ad pœnitentiã, ad lachrymas, ad preces: impij verò ad conuicia, ad dolos, ad homicidia, ad voluptates. Est quidem calamitas onus, & ita à Nahum hoc loco vocatur, sed quẽ hoĩes sceleratos deprimit, nõ iustos: imò ea ad gloriã cœlestẽ festinant. Nã vt vela sunt onera nauibus, sed eas faciunt celeriter nauigare: sic afflictiones põdera sunt, sed quẽ viris pietatẽ colentibus ad properandũ in virtutũ via magnũ afferunt adiumentũ. Eos qui illis angũtur, vocat Christus Deus noster apud Matthẽũ, cùm ait: Venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiã vos: & inuenietis requiẽ animabᵘ vestris. Nõ requiem corporũ promittit, sed animorũ. Nam corporũ quies quam nefarij hoĩes voluptatibus dediti quẽrũt, & somniant, longè distat à vera quiete. Sic catenis vinctus libertatẽ, æger sanitatẽ, esuriẽs dulces epulas somniat. Sed aderit vltimᵘ dies, qui somnia hæc demõstrabit. Interim calamitates æquo animo toleratæ ad eximiẽ virtutis gloriã illustrandã conducũt. Quare diuini vates eas solebãt prẽdicere, & earũ vaticinationẽ onus appellare.

¶ *Niniue*. Ciuitas est Assyriæ quondam florẽtissima, Assyrij imperij firmissimũ caput. Eã ædificauit Assur, vt capite Genesis. 10. proditũ est memoriæ. Hic Assur teste Xenophõte in libro de ẽquiuocis, vocatᵘ fuit Ninus: à quo ciuitas nomen sortita est. Id fuit diuo Augustino perspectũ & exploratũ, qui cap. 3. lib. 16. de ciuitate Dei: Ninus, inquit, Beli filius cõditor fuit

Nini-

Similitudines. Tob. 12. Psal. 24. Rom. 9. Eccle. 2. Eccle. 27 Osc. 4. Matt. 4 Matt. 7 Similitudo. Matth. Xenop. Augus.

Niniuæ ciuitatis magnæ: cuius ciuitatis nomen ex illius nomine deriuatū est, vt à Nino Niniue vocaretur: Assur autē, vnde Assyrij. Hactenus ille. Xenophon ait hunc Ninum vocatum fuisse à nonnullis Iouem, ab alijs autem Herculem, quem gentes idolorū cultrices in cœlo collocarunt. Vocatur hæc ciuitas ab Eusebio Nisibis, à Diodoro Siculo lib. 1. Nina, à Herodoto libro primo & secundo, & Ptolemæo in descriptione Asiæ Ninus. Quo nomine nuncupatur à Plinio capite. 26. libri. 6. & à Strabone in principio lib. 16. & à Hieronymo in proœmio in hunc diuinum vatem, vbi ait ciuitatē illam tunc Ninum vocari. Meminit huius ciuitatis & regis eius Sennacheribi Berosus Chaldæus, & Flauius Iosephus, qui eum citat cap. 2. lib. 10. antiquitatum Iudaicarū. Niniuitæ ob Ionæ prædicationē egerūt pœnitētiam, vt ipse Ionas testificatur cap. 3. quamobrem perniciem tunc declinarūt, & à supplicio quod illis Deus minatus fuerat, euaserunt. Sed quia postea fuerunt pestilentibus flagitijs polluti, & in tetrā vitia ingurgitati, fuerūt afflicti, victi, & euersi. Prædicitur igitur à nostro diuino vate vrbis Niniuiticæ, totiusq; regni Assyriorū euersio, quæ à Nabuchodonosore Babyloniorū rege anno primo imperij sui facta esse putatur. Hoc exitiū prædixit Tobias cap. 14. humaniq; authores multis in locis memoriæ prodiderūt. At quia Niniue, vt diuus ait Hieronymus, idē est quod pulchra seu ornata, mundus aūt à Græcis cosmos, hoc est ornatus & pulcher dicitur, potest accipi pro mūdo: de quo ait Boet. in cōsolatione philosophiæ: Mundū mēte gerens pulchrum pulcherrimus ipse. Et M. Tullius in libro de vniuersitate: Nec mūdo quicquā pulchrius, nec eius ædificatore præstātius. Et Tyrius Maximus in sermone quid sit Deus, ait Deū esse pulchrorū pulcherrimum, ac pulchritudinis fontē. Quamobrem quicquid hic dicitur in sensu literali aduersus Niniuē, potest in sensu spirituali de caducis mūdi opibus & voluptatibus explicari, vt eas fluxas esse, incertas & interituras intelligam', ac excelso firmoq; animo aspernemur. Qua ratione ducti præparemus nos ad diē iudicij, vbi Deus de Assyrijs, hoc est improbis est ęternas pœnas sumpturus. Tu verò perpende, & memoria repete diuinā prouidentiā: quia populus Israeliticus impijs se flagitijs cōtaminauerat, tradidit eum Deus Assyrijs. Rursus Assyrios tetris scelerū maculis notatissimos tradidit Babylonijs, qui fuerūt victi à Persis ob nefaria facinora sua, quorū iustas pœnas psoluerūt. ¶ *Liber visionis*. Idest, liber vaticinatiōis: nam vaticinatio dicitur visio ob certitudinē & firmitatem. Eā ob causam dictū fuit diuo Ioan. Apoc. 1. Quod vides, scribe in libro. Capite. 32. lib. 2. Paralip. scriptū legimus: Scripta sunt in visione Esaiæ. Hoc est in eius prophetia. Eodē modo sumitur primo ipsius diuini vatis capite: Visio Esaiæ filij Amos. Et Dani. 10. Quoniā adhuc visio in dies. Hoc est, quia nō modò, sed post longū tēporis interuallū hæc vaticinatio cōplebitur. Et. 1. Abdiæ: Visio Abdię. Vnde diuini vates dicebātur videntes, vt cap. 21. lib. prioris Paralipomenon, Locutus est dns ad Gad videntē. Et. 9. lib. posterioris: In visiōe quoq; Ado vidētis. Et apertissimè cap. 9. lib. 1. Reg. Venite, et eamus ad videntē. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim vidēs. Vnde illud cap. 33. libri posterioris Paralip. Scripta sunt in sermonibus Hozai: pōt verū: Scripta sunt in libris prophetarum:

Xenop. Eusebi. Diodor. Herod. Ptolem. Plinius. Strabo. Hieron. Berosus Iosephus Ion. 3. Tob. 14. Hieron. Boetius Tullius. Tyrius. Apoc. 1. 2 Par 32 Esai. 1. Dani. 10 Abd. 1. 1 Par 21. 2 Par. 9. 1. Reg 9 2 Par 33.

nam hazal siue chazal significat videre, & prophetæ vocantur videntes. Qua ratione ducti septuaginta interpretes trástulerunt: Scripta sunt in sermonibus videntiũ. Et quia Niniue significat pulchrá, & visio contéplationem, potest verti totum hoc: Assũptio pulchritudinis, liber cõtéplationis Nahũ. Nisi enĩ quis assumat verá animi pulchritudiné, non poterit aptè ad rerũ excelsarũ cõtemplationé peruenire.

¶ *Nahum.* Nomen est huius diuini vatis, quod sonat, vt diuus ait Hieronymus, cõsolatoré: & rectè illi conuenit: consolatur enim Israelitas, cùm aduersus improbos Assyrios acerrimos eorũ hostes vaticinatur. Illi enĩ iam decé tribus abduxerát captiuas, & reliquas duas grauiter affligebãt. Reprehendit itaq; impios, pios verò cõsolatione permulcet: quod est cõcionatoris officiũ. Spiritus sanctus qui paraclit⁹ hoc est cõsolator dicitur, qui Christi discipulis perfugiũ & solatiũ præbebat, hoĩes sceleratos obiurgabat. Ita enim ait apud Ioan. 17. Christus dominus: Cùm venerit paraclitus arguet mũdum de peccato. Vbi per mũdum hoĩes scelerum maculis notati significantur. Quo tépore floruerit Nahum, non liquet ex diuinis literis: sed vt in procœmio diximus, Iosephus ait eũ extitisse regnáte Ioathamo Hierosolymæ, Hieronymus aũt ait eũ fuisse sub Ezechia rege vaticinatũ. At in libro Hebręo de mundi serie, & alijs antiquis Hebręorũ monimétis consignatũ est eum cũ Ioële & Habacuc regnãte impio Manasse pij Ezechiæ filio floruisse. Sed fieri põt, eum omniũ horum regũ tépora attigisse. Ac inter Iudæos cõstare video eã ob causam illũ in principio suarũ vaticinationũ noluisse nominare Manassé, qui tunc clauũ reipublicæ tenebat, ne eius regis mentionẽ faceret, qui se nefarijs sceleribus cõtaminauerat, Dei legem violauerat, vana gentiũ idola coluerat, & salutaria diuinorũ vatũ monita despexerat. Nolebat enĩ sanctorũ virorũ cõsilijs assentiri. Vt quædam inueniuntur tabulæ tam horridæ, & perperá gypso illitæ & cõplanatæ, vt nec aurum recipiát, nec picturam, etiãsi eius artifex eximius sit: sic quidá sunt hoẽs tã improbi, tam prauis moribus imbuti, vt nullá salutarem admittant doctrinã, quãuis eius magister in eruditionis præstãtia vnus inter oẽs emineat. Quémadmodum æquum est eos proprio nomine signare, qui sunt virtute pręditi, illustriq; laude celebrati: ita decet aliquando hominũ pestilentiũ, ignominiæ maculis insigniũ nomina silétio præterire. Hęc est causa, quare seruator noster apud Luc. 16. Lazarum nominauit, diuité aũt purpura indutũ qui opipere epulabatur, noluit noĩe proprio appellare. Et diu⁹ Matthæ⁹ in genealogia Chri Iesu tres reges iniustos, vt ibi obseruauit Hieronymus, silétio prætermisit.

¶ *Elcesæi.* Ita nuncupabatur Nahũ, quòd natus fuisset Elcesi. Fuit quippe Elcesũ oppidũ in Galilęa, vt Hieronymus, & Epiphanius, & Remigius, & Albertus magnus testãtur. Et videtur constare ex paraphrasi Chaldaica, & ex Rabbi Salomone Gallo. Sunt tamen nonnulli, qui aiũt Elcesæũ esse nomen familiæ: & vtraq; opinio tangitur à Vatablo. Quatuor in hoc exordio à diuino nostro vate explicãtur: primũ genus operis, est enim aspera vaticinatio: secundum argumétum & materia, agit enim de venturis Assyriorũ molestijs & ærumnis: tertiũ nomen authoris: quartum nomen patriæ, vbi editus in lucem fuit. Sed de inscriptione hactenus.

¶ *Deus æmulator.* Vaticinatur⁹ de Assyriorum

Similitudo.

Ioseph⁹

Hieron.

Luc. 16.

Matt. 1.

Hieron.

Hieron. Epipha. Remigi. Alber. R. Salo.

Vatabl.

rum exitio incipit à Dei iustitia, consilio, & prouidẽtia, ne quis eorũ euersionem fato tribuat, aut casui, non eorũ sceleribus, & diuinę iustitię. Æmulator sumitur dupliciter, nam imitator virtutis ęmulator dicitur: & qui aliquid cupit, quod alijs dari non vult: & tunc idẽ est, quod zelotes, hoc est, amator cũ cõsortis indignatione. Ita nos Deus amat, vt velit, vt in eo, non aũt in mundo amorem nostrũ collocem', eique soli diuinũ latriæ cultũ tribuamus. Alioquin in nos grauiter animaduertit.

Exo.20. Eam ob causam cap. Exod. 20. Ego sum, inquit, dñs De⁹ tu⁹, fortis, zelotes. Et.34.

Exo. 34 Dominus, zelotes nomen eius. Et apo-

2.Cor.11 stolus cap. 11. posterioris ad Corinthios: Æmulor enĩ vos Dei ęmulatione. Itaq; zelotes siue ęmulator est, qui aliquem amore prosequitur, eiusq; hostes affligit: in quam significationẽ sumitur hoc loco. Vocat se Deus hîc æmulatorẽ, vt ostendat se diligere populũ Israeliticum, & de Assyrijs eius hostibus supplicĩũ suo tẽpore sumpturũ. Ipse est, qui suorũ audit gemitus & suspiria, & in eorũ inimicos grauiter animaduertit. Priusquã Nahum vaticinaretur, Deũ laudibus effert: celebrat eius amorẽ in Hebræos illos, qui tũc fide muniti eum colebãt: iustitiã & potẽtiam in mulctandis impijs Assyrijs: clementiã & misericordiã in illis ad pœnitentiã vocãdis. Docet nos, vt opera nostra à diuinis

Theod. laudib⁹ inchoem⁹. Theodoret⁹ per ęmulationẽ hoc loco iustã Dei iram intellexit.

¶ *Vlciscens dominus, vlciscẽs dominus.* Repetit hæc verba, vt in hominũ memoria tenacius imprimãtur. Vel vt & præsentẽ pœnam & futuram ab eo indicet inferri. Vel propter & animæ & corporis supplicĩũ. Et paulò pòst ea iterũ repetit ad maiorem certitudinem: ne homines solã Dei mĩam à iustitia seiunctã cogitantes, laxarẽt habenas vitijs, animiq; pręstantiã turpi dedecore macularent. Capite. 18. Deut. ait ipse Deus: Ego vltor existã. Et Dauid psal. 93. Deus vltionũ dominus, Deus vltionũ liberè egit. Sic Deũ appellat, quòd ad illũ pertineat vltio. Ipse enĩ ait cap. 32. Deuteronomij: Mea est vltio, & ego retribuam eis in tẽpore. Quem locũ affert apostolus cap. 10. ad Rom. & ad Hebręos similiter. 10. Hîc aũt vaticinatur Nahum præcipuè, de Assyriorũ vltione. Nam etsi Deus affligere voluit Israelitas per Assyrios, tñ quia Assyrij eos crudelissimè tractarũt, iustas pœnas impietatis suæ dederunt. Eã ob causam ait De⁹ apud Esai. 10. Væ Assur virga furoris mei. Et apud Zachariã. 1. Ira magna ego irascor super gẽtes opulẽtas, quia ego irat⁹ sum parũ, ipsi verò adiuuerũt in malũ. Acsi dicat: Grauissimè succẽseo gẽtib⁹ prosperitate affluẽtib⁹, quæ Hebręos afflixerũt, & per summã immanitatẽ profligarunt. Nam tametsi ego iratus sum Hebræis aliquãtulum, eorum tamen hostes asperrimis calamitatibus illos oppresserunt.

Deut 18 Pſal.93. Deut.32 Rom.10 Hebr.10 Eſai 10. Zach.1.

¶ *Habens furorẽ.* Ita vocat diuinæ iustitię seueritatẽ, vt se accõmodet mori nostro loquẽdi. Eodẽ modo Deut. 32. Ignis succẽsus est in furore meo. Quare Paul⁹ apostolus cap. 10. epist. ad Hebr. Horrẽdũ est, inquit, incidere in manus Dei viuẽtis. Et Dauid psal. 6. Dñe ne in furore tuo arguas me, nec in ira tua corripias me. Quibus verbis Deũ orat, ne ad scelus suũ puniendũ acerbã seueritatem adhibeat, sed parternã castigationẽ. Irascitur enĩ peccatoribus, iuxta Esaię illud. 64. Ecce tu iratus es, & peccauim⁹. Idest, quia peccauimus. Particula enim, &, pro quia sumitur aliquando. Aspicis igitur iram & furorẽ tribui

Deut.32 Heb.10. Pſal.6. Eſai.64.

Deo, non propriè tamen, sed metaphoricè, quia instar hominis irati castigat. Sed eius ira nõ perturbationem designat, sed scelerum puniendorum seueritatẽ: in illũ enim nulla cadit perturbatio, iuxta illud
Sapiẽ.12 Sapientiæ.12. Tu autẽ dominator virtutis cùm tranquillitate iudicas. In nobis ira est motꝰ animi, quo incitamur & exardescimus: in Deo aũt est iustitia, & cum placabilitate seueritas. Fuerunt tñ nonnulli philosophi, qui asseruerunt Deum nullo
Lactãti. modo irasci, cõtra quos scripsit Lactãtius Firmianus librũ de ira Dei, in quo multis rationibus eorũ opinionem refutauit. Sed multo vtilior nobis est Dei ira, cũ nos affligit, vt resipiscamꝰ, quã blãda mũdi volup
Similitudo. tas, vt illaqueemur: est enĩ illa veluti viscꝰ mollis & suauis, sed qui astringit & perdit.

¶ *Dominus patiens.* Ostẽderat Dei iustitiam, modò ostendit eius mĩam. Id vnico
Psal.7. versu psal.7. ostẽdit Dauid, cùm ait: Deus
Psal.114 iudex iustus, fortis & patiens. Et psal.114. Miserator dñs & iustus, & Deus noster miseretur. Pro dñs patiens vertũt nõnulli: dominus tardus ad iram: hoc est lentus ad vltionẽ. Solet enim nos ad pœnitentiã expectare. Vnde Paulus apostolus cap.2.
Rom.2. epistolę ad Romanos: An diuitias, inquit, bonitatis eius, & patiẽtię & longanimitatis cõtẽnis? Ignoras, quòd benignitas Dei ad pœnitentiã te adducit? Vocabulo diuitiarũ sæpe vtitur, cùm vultingentem rei
Eccles.5 alicuiꝰ vim & copiã significare. Et Eccles. 5. Altissimus est patiẽs redditor. Hoc est, Deus quidẽ patiens est, sed impunè te nõ dimittet. Et diuus Petrus cap.3. epist. suæ
2.Pet.3. posterioris: Patiẽter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed oẽs ad pœnitentiã
Ezec.18. reuerti. Et ipse Deus apud Ezechielẽ. 18. Nolo mortem peccatoris, reuertimini, & viuite. Vbi primi nostri parẽtes in amœnissimo horto constituti in crimen inciderunt, ait ita diuina scriptura capite Ge- Genes.
nesis. 3. Cùm audissent vocem domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Aduerte: Veniens Deus ad eos castigandos non dicitur currere, aut festinare, sed deambulare. Non vult in illos repente impetum facere, sed dat eis locum consilij & pœnitentiæ: lenteq; deambulat, & cum sonitu quodam, vt ab illis audiatur. Ac ea quæ cum illis agit, si attento animo perpenderis, iustitiam præseferunt cum misericordia coniunctam. Iudex terræ eum qui grauia & probata furta & homicidia commisit, statim lege ductus morte mulctat. Deus autem cœlestis iudex videns nefaria hominum crimina digna vtraq; morte, temporali & æterna, dissimulat sæpenumero non eos statim occidens. Voluit Deus, vt hæc esset iustitia terræ, quia nihil in illa ammittebatur præter terram: cùm autem altera amittitur cœlum, imò ipse Deus: instituit eius bonitas legem iustitiæ ex magnitudine diuinæ suæ misericordiæ depromptam, in qua ita distent eius viæ ab hominum vijs, vt cœlum à terra. Intueamur admirabilẽ Dei patiẽtiã & benignitatẽ, illũq; imitãtes iniurias nostras toleratẽr feramus, & appetitiones nostras ad vltionẽ propẽsas moderemur. Vt cœlũ illud quod philosophi appellant Similitudo.
primum mobile, mouet alios cœlos, qui versantur retro cõtrario motu, ac extimꝰ globꝰ cœlestis, qui reliquos oẽs cõplectitur: sic ratio agitet appetitꝰ nostros, vt aduersus propensionẽ & procliuitatẽ suam iuxta ipsius rationis motũ & impulsum dimoueãtur. Ac ita tolerãtiæ nostræ fructum percipiemꝰ. Nã vt Dauid ait psal.9. Psal.9.
Patientia pauperum non peribit in finẽ.

Hoc

Hoc est, afflictorum patientia non perpetuò frustrabitur, imò remunerationem à Deo tandem recipiet. Hæc est nobis necessaria, vt diuus ait Paul⁹ cap. 10. epistolę ad Hebræos, vt reportemus promissionẽ. De illa ait Christus Iesus apud Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Homo nulla patientia munitus similis est scorpioni, qui prouocatus statim pungit: cymbalo, quod pulsatũ confestim sonum reddit: vitro, quod percussum mox frangitur. Patiens autem vir Deum, quem hoc loco Nahum patientem vocat, imitatur. Aspicis igitur Deũ esse iustum & misericordem: quales nos esse debemus. Psalmo. 32. ait Dauid: Diligit misericordiam & iudicium. Et. 36. Iustus autem miseretur, & tribuet. Et. 84. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Et Salomon Prouerbiorum. 21. Qui sequitur iustitiã & misericordiam, inueniet vitam. Quẽadmodum ex vini & aquæ mistione salutaris potio efficitur: sic ex iustitia & misericordia admirabilis temperatio cõflatur. Id voluit natura in apibus ostendere, quæ aculeum habent, & mel: quoniã iudices & seueritatem debent habere iustitiæ, & dulcedinem clementiæ. Id ait his verbis Prouerbiorum. 3. Salomon: Misericordia & veritas te non deserant: circũda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. Vbi per veritatem significatur iustitia, quẽadmodum per iudicium: vt capite. 21. Prouerbiorum: Facere misericordiam & iudicium magis placet domino, quàm victima. Et. 21. Oseæ: Misericordiam & iudicium custodi. Vt abies procera arbor est recta, sed blãda & mollis: sic verus Christianus rectus debet esse per iustitiã: & lenis ac comis per mĩam.

Hebr. 10.
Luc. 21.
Similia.
Psal. 32.
Psal. 36.
Psal. 84
Prou. 21.
Similitudo.
Prou. 3.
Prou. 21.
Ose. 21.
Similitudo.

¶ *Et magnus fortitudine.* Nimirum in cõpescenda ira. Sensus est. Hæc Dei patientia & castigationis dilatio non ex fragilitate prouenit, cùm Deus sit fortissimus: sed ex misericordia, & fortitudine. Ille fortis est, qui iram cohibet, & ita appetitus domat, vt tanquam in gyrum rationis & temperantiæ ducantur. Eam ob causam vbi Deum patientem vocauit, magnum fortitudine vocat: qui castigationem differt in tempũs aptum, & cui nemo potest resistere. Capite Exodi. 15. ait Moses: Quis similis tui in fortibus domine? Et Ieremias decimo: Magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Ostendit hoc loco Nahum patientiam esse cum fortitudine coniunctã. Ille est verè fortis, qui tolerantia rerum humanarum munitus tunditur, sed non frangitur, similis adamanti, qui nec ferro comminuitur, nec igne mutatur: nullis enim ærumnis vincitur, nulli calamitatum generi succumbit, nullis rerum aduersarum ictibus infringitur, nulla temporum varietate à virtutis constantia dimouetur: sed firmus & immutabilis perseuerat. Quare cum adamante aptissimè comparatur. Hanc animi firmitatẽ tribuit Deus diuino vati Ezechieli, cui dixit capite tertio: Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam. Vel vt potest etiam verti: Vt adamantem silice duriorem dedi te: facies enim in diuinis literis idem est aliquando quod persona & res ipsa. De vi & firmitate, & admirabili adamantis natura: vide Hieronymum in caput septimum Amos, Plinium libro trigesimo septimo naturalis historię, Pierium Valerianum in hieroglyphicis, Franciscum Rueum libro secundo de gemmis. Sed antè illos fuit priscis

Exod. 15
Iere. 10.
Ezech. 3.
Hieron.
Plinius.
Pierius.
Rueus.

temporibus duricies ac indomita natura adamantis perſpecta. Vnde antiqui à fide alienati Martem tunica adamantina indutũ fingebant, vt ſignificarét fortitudiné per Martem intellectam, copulatã eſſe cum firmitate patientiæ, per adamãtẽ ſignificata. Horatius Ad id alludit Horatius lib. 1 carminum ad Agrippam, cùm ait: Quis Martem tunica tectũ adamãtina Digne ſcripſerit? Et quia conſtãs patiẽtia nũquã vincitur, ideo Socrates Socrates in Gorgia Platonis rationes inexpugnabiles adamantinas vocauit. Plato,

¶ *Et mundans non faciet innocentem.* Hoc eſt, & expurgans à culpa peccatoré pœnitenté, non efficiet illum innocenté à pœna: ſed eum tẽpore ſuo puniet, ſi æqualé, omnibuſq; numeris abſolutã non egerit pœnitentiã. Poteſt verti: Et nõ ſolet abſoluens abſoluere: Subaudi impiũ, niſi pœnitentiá egerit. Et ſi non ſtatim punit flagitioſum hominé, nõ tamen illũ abſoluit à ſupplicio: nam illud de eo tandẽ ſumit. Acſi dicat: Nullus impi⁹ exiſtimet ſe eſſẽ liberam ſibi impunitaté aſſecutũ ex Dei diſſimulatione: nã differés non dimittit. Poteſt etiam transferri: Et nocentem non oſtendet innocenté. Acſi dicat: Iuſtus eſt, & perſonã non accipit. Deut. 10 Capite. 10. Deut. ait Moſes: Deus magnus, potens, & terribilis perſonam non accipit. Act 10. Actorum. 10. Petrus apoſtolorũ princeps: In veritate, inquit, cõperi, quia non eſt acceptor perſonarum Deus. Rom. 2. Et Paulus ad Rom. 2. Nõ eſt acceptio perſonarũ apud Deum. Idem Galat. 2. ait ſecundo ad Galatas, & 6. ad Epheſios. Ephes. 6 Eſt igitur ſenſus: Eſt quippe Deus patiẽs, ſed ita vt nullum crimen relinquat impunitum, nec ſit perſonarum acceptor.

¶ *Dominus in tempeſtate.* Subauditur veniet. Oſtẽdit Dei iram, quã erat in Aſſyrios executurus. Sumitur tempeſtas pro furore, vt pſalmo. 49. In circuitu eius tẽpeſtas valida. Pſal. 49 Quemadmodum vox domini pro eius vi ac potentia, vt pſal. 28. Pſal. 28 Vox domini cõfringentis cedros: & cõfringet dominus cedros Libani. Vbi per cedros ſuperbi principes ſignificãtur. Sequitur: Et in turbine viæ eius. Eadem eſt ſententia cũ ſuperiore. Acſi dicat: veniet in turbine. Turbo eſt vẽtus vehemens in orbem reuolutus. Fortaſſe per tempeſtaté & turbiné intelligitur Babyloniorũ exercitus, qui Niniuã deleuit. Sed quia Deus hoc ita voluit, dicitur ipſe veniſſe, & hæc omnia feciſſe. Poteſt tota hæc oratio ita verti. Domini viæ in tẽpeſtate & turbine. Vt ſit ſenſus: Dominus cùm opus eſt, caſtigat vehementer: quis ei poterit reſiſtere, cũ eius viæ ſint in procella ac turbine?

¶ *Et nebulæ puluis pedum eius.* Hoc ait, quia viarum domini meminerat. Senſus eſt: Tãto impetu incedet Deus ad puniẽdos Aſſyrios, vt puluis pedib⁹ eius excitatus denſas nubes efficiat. Motus cõtra Niniuitas nubes calamitatũ adducet: excitabit pulueris nebulas, quẽadmodũ excitare ſolet exercitus magn⁹, cùm properat impetu magno, & horribili cõcurſione cõcitatus. Eſt ea orationis exornatio, quam Græci vocãt hiperbolé: ea vtitur Nahum ad impetũ & vim iræ diuinæ exprimẽdũ & amplificandum. Eodem modo Dauid pſal. 17. Præfulgore in conſpectu ei⁹ nubes tranſierũt, grando & carbones ignis. Pſal. 17. Intonuit de cœlo dñs, & altiſsimus dedit vocem ſuam. Et ipſe Deus apud Eſaiã. 13. Eſai. 13. Cœlum, inquit, turbabo, & mouebitur terra de loco ſuo propter indignationem domini exercituum. Et. 28. Ecce validus Eſai 28 & fortis dñs, ſicut impetus grandinis turbo confringẽs. Et. 2. apud Aggæum: Ego Agg. 2.

commo-

commouebo cœlum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes.

¶ *Increpans mare, & exiccans illud.* Subaudi, verbo, aut nutu suo. Summam Dei potentiam declarat. Acsi dicat: Deus est ille, qui potest, si voluerit, increpare mare, & exiccare illud. Ita capite nono Iob: Qui dicit Soli, ne oriatur, & non oritur. Vt enim potest præcipere Soli, ne oriatur: sic potest īmensum aquarū pelagus siccare, & diuidere. Id fecit Deꝰ mari Rubro, vt cap. 14. Exodi proditū est memoriæ. De illo loquens Dauid psal. 135. Qui diuisit, inquit, mare Rubrū in diuisiones. Et psal. 105. Increpuit mare Rubrum, & exiccatū est. Et posuit flumina in desertū, exitus aquarum in sitim. Et psalmo. 113. Quid est tibi mare, quòd fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum? Et Esaias cap. 51. Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis?

Iob. 9.
Exod. 14
Psal. 135.
Psal. 105
Psal. 113.
Esai. 51.

¶ *Et omnia flumina ad desertum deducens.* Potest verti: Et omnes fluuios exiccans, seu desertos efficiens. Quod in sensu idē est. Acsi dicat: Deꝰ est, qui potest, quoties voluerit, omnia flumina exhaurire & siccare: quāto magis ergo Assyrios euertere? Hieronymꝰ & Remigiꝰ in sensu allegorico ita hunc locum exponunt: Increpare dominū mare & exiccare illud, est omnē amaritudinē & salsuginē infidelitatis sua potentia destruere: & arefacere flumina est falsam scientiam extollētem se contra veritatem penitus euertere.

Hieron. Remigi.

¶ *Infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit.* Hos tres montes nominatim profert, quia cùm essēt fertiles & fructuosi, effecti sunt quondā Deo ita volēte steriles & aridi. Hoc accidit tēpore Eliæ, quādo ob pluuiæ penuriā etiam fœcūdæ regiones aruerunt. Non enim pluit tres annos cum dimidio. Vide caput. 17. & 18. libri. 3. Regum, & quintum epistolæ Iacobi apostoli. Hoc dixit Nahum, vt homines præsertim Assyrios à flagitijs deterreret. Nam si Deus potest excelsos & frugiferos montes infringere, euertere, & in sterilitatē redigere, quanto magis homines fragiles & imbecillos? Basan fuit regio Og quondā regis, syluis & nemoribus abundans: quæ cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasis. Vide caput. 21. Numerorum, tertium Deuteronomij, & secundum Esaiæ. Carmelus mons est in Galilæa nō procul à Hierosolyma in tribu Aser, admodum illustris propter eximium Carmelitarum ordinem religione florentem, & sapientia præstantē. Meminit huius montis diuina scriptura cap. 15. & 25. lib. 1. Regum, decimooctauo posterioris Paralipomenon, trigesimotertio Esaiæ, trigesimosexto Ieremiæ, primo Amos, 7. Michææ. Libanus mons est in fine terræ sanctæ versus Aquilonem, cuius cedri sunt admirabilis proceritatis. De illo fit mētio capite Deuteronomij. 1. Iudicum. 3. Esaiæ. 2. tertij libri Regum. 5. psalmo. 28. & 148. Dicitur autem hoc loco flos Libani, quia florentissimus erat.

3. Re. 17.
3. Re. 18.
Iaco. 5.
1. Reg 15
1. Reg 25
2. Par 18
Esai. 33.
Iere. 36.
Amos. 1.
Mich. 7.
Deut. 1.
Iudi. 3.
Esai. 2.
3. Reg. 5.
Psal. 28.
Psal 148

¶ *Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt.* Non solū tres memorati mōtes, sed alij solo Dei verbo contremiscūt: eiusque nutu colles instar niuium liquescunt. Ostendit magnam Dei potentiam. Poteris per montes principes intelligere, per colles verò magnates: vt capite Esaię secundo: Dies domini super omnes mōtes excelsos, & omnes colles eleuatos. Et Habacuc. 3. Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi, incuruati sunt colles mundi. Hoc est, vidit Deus gentes terram promissam occupantes,

Esai. 2.
Habac. 3

quas

quas ſolo aſpectu eiecit. Ac diſsipati ſunt reges illi idolorũ cultores, & abiecti ſunt magnates, & omnes qui dignitate, genere-
Pſal.104 risq; claritate alios anteibãt. Et pſal.104. Tange montes, & fumigabunt. Hoc eſt afflige domine principes, & fumũ ſe eſſe cognoſcẽt. Vel vt fulmine percuſsi abeãt in fumum, & pereant. Nam Deus ira ſua nomine vultus ſignificata perdere eos ſolet, qui ſuperbia inflantur. Ita Dauidis il-
Pſal.33. lud intelligitur pſal.33. Vultus domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Si verò maneat impiorũ memoria, vana quidem eſt, & inanis. Regnum Babylonicũ mons fuit excelſus: at quid de illo ſupereſt niſi nomen inane? Pharao mõs magnus erat, ſed pũ-
Exod.14 cto temporis fuit cum exercitu ſuo aquis maris obrutus, cùm nihil tale cogitaret. Multi alij principes fuerũt ex illuſtris gloriæ altiſsimo gradu ad perpetuam ignominiam repente præcipitati. Montes ſi-
Pſal.96. cut cera, inquit Dauid pſal.96. fluxerunt à facie domini, à facie domini omnis terra. Cùm Deus vult, corruunt principes, magni exercitus ſubitò diſsipãtur, & viri fortiſsimi ſtatim diſſoluũtur. Adeò infringit vires hominũ, vt non poſsint extollere manus ſuas. Id quod nos habem⁹
Pſal.75. pſal.75. Nihil inuenerunt viri diuitiarum
Hieron. in manibus ſuis: vertit Hieronymus: Nõ inuenerunt omnes viri exercitus manus ſuas. Hoc eſt, nihil viribus ſuis profecerunt: imò nec manus ad aliquid faciendũ inuenerũt. Nomen chaijl quod eſt in Hebræo, diuitias ſignificat, & exercitum, & vires. Quidam vertunt: Non inuenerunt
Pagnin. viri ſtrenui manus ſuas. Pagninus: Non inuenerũt viri fortes vires in manib⁹ ſuis.
Flamin. Flaminius: Non inuenerunt omnes viri fortes manus ſuas. Deus enim qui vires hominibus tribuit, eas aufert, cùm vult. Hunc eũdem ſenſum poteſt recipere litera editionis noſtræ vulgatę, tametſi cõmuniter locus ille explanetur de diuitib⁹, qui ibi appellantur viri diuitiarum, quòd non ipſæ ſint eorum, ſed illi ipſarum ob auaritiam & cupiditatem: qui exiſtimantes eſſe perpetuò poſſeſſuros diuitias ſuas, nihil earum inueniunt in poteſtate ſua, cùm è vita excedere coguntur.

¶ *Contremuit terra á facie eius.* Hoc eſt, concuſſa eſt terra à conſpectu Dei. Deus eſt, qui totum globum terræ poteſt ſolo conſpectu ſuo exagitare. Vel ſumitur terra pro eius habitatoribus, vt ſit metonymia, cùm continens pro eo quod continetur, vſurpatur. Ita pſal.75. Terra tre- Pſal.75.
muit, & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus, vt ſaluos faceret omnes manſuetos terræ. Acſi dicat: Terræ habitatores qui nobis minis & immani ferocitate terrorem afferebant, ipſi territi ſunt, tantoque metu perculſi, vt nec os aperirent, ne hiſcere quidem auderent, cùm Deus ærumnas noſtras miſeratus pœnas illis iuſtas conſtituit, nosque de illis glorioſè triumphauimus. Et pſal.103. Qui Pſal.103
reſpicit terram, & facit eam tremere. Et capite.10. Ieremiæ: Ab indignatione eius Iere.10.
commouebitur terra, & non ſuſtinebunt gentes comminationem eius. Cæterùm hæc verba Nahum poſſunt verti ex Hebræo: Contremuit terra ob iram Dei, ſumitur enim ſæpe facies pro ira. Deus eſt, qui poteſt totum orbem terrarum cum habitatoribus ſuis concutere & perdere. Ideo addit: Et orbis, & omnes habitantes in eo. Hoc adiecit, vt hîc annotauit
Theod. Theodoretus, ne putaret aliquis Deum eſſe tantùm Hebræorum dominum, nõ autem nationum aliarum. De illo canit

Dauid

Psal.22. Dauid psal.22. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.

Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est vt ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus dominus & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominum? Consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potãtium: Consumẽtur quasi stipula ariditate plena. Ex te enim exibit cogitans cõtra dominum malitiam, mente pertractans præuaricationem.

C *Ante faciẽ indignationis eius quis stabit.* Sensus est: Cùm ita se res habeat, quis stare poterit coram Deo irato? Eodem modo Malachias.3. Quis poterit cogitare diem aduẽtus eius, & quis stabit ad videndum eum? Et Iob nono: Deus cuius iræ resistere nemo potest. Et psal.75. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Monemur hoc loco diuinæ iustitiæ seueritatẽ timere, & flagitia omnia euitare, quæ Deus non est impunita relicturus. Tu autem perpende. Si Deus scyniphibus minutissimis bestiolis sed molestis afflixit ac perturbauit Ægyptum, ita vt nec rex nec populus posset illis resistere, quid fiet in fine mundi, quando omnes creaturæ in nos irruerint & impetũ fecerint? quando ipse Deus steterit aduersus nos? De illo scriptum est Sapientiæ. 5. Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Et paulò pòst: Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Hoc est, mundus ex parte Dei impios debellabit.

Malac.3

Iob.6.

Psal 75.

Sapiẽ.5.

¶ *Et quis resistet in ira furoris eius?* Repetitio est sentẽtię superioris, sed verbis alijs.

¶ *Indignatio eius effusa est vt ignis.* Id est, indignatio eius quæ est vt ignis, effusa est. Comparat Dei iram cum igne, quo scilicet inimicos suos comburit, & perdit. Ostendit magnam Dei potentiã, eiusque iustitiæ seueritatem. Ita Threnorũ.2. Effudit quasi ignem indignationem suam. Thren.2

¶ *Petræ dissolutæ sunt ab eo.* Lapides ac rupes ab ipso Deo solo verbo franguntur. Perpende quot modis diuinus noster vates homines terreat Deum offendentes, vt veram pœnitentiam agant: ne ab ipso qui potentissimus est, & iustissimus, grauissimè puniantur. De ipso Deo scriptũ est cap.19.lib.3. Regum: Ecce dominus transit, & spiritus grãdis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dominum. Poteris per petras intelligere dura improborũ hominũ corda. Ait enim dominus Iesus in euangelio de doctrina sua loquens nomine seminis significata: Aliud cecidit supra petrã, & natum aruit, quia non habebat humorẽ. Petra est dura, frigida, impenetrabilis, inflexibilis, & deorsum propensa: quæ omnia cordi obstinato conueniunt. Indurauerunt cor suũ super petram, ait Ieremias. 5. Et Dauid psalmo. 94. Nolite obdurare corda vestra. Et Iob quarto: Cor eius indurabitur quasi lapis. Sed multi sunt ipsis lapidibus, imò adamantibus indomitis duriores: nam adamas mollitur & lenitur sanguine hirci, cor autem impij obstinati nec sanguine agni cœlestis mitigatur. Hæc omnia dirigit Nãhum ad omnes mortales, præsertim ad Assyrios homines effrenatos, sibiq; præfidentes, tetrisq; contaminatos flagitijs, de quorum pernicie vaticinatur. Et quamuis hæc dicãtur

Iere.5.

Psal.49

Iob 4.

Matt.13.

Marc.4

Luc.8.

gene-

generaliter, fortasse tamen omnia in Ninæ euersione acciderunt. De illius vastitate & exitio poteris videre Iustinũ lib. 1. Iustin⁹. Diodorum Siculum lib. 3. Diodor. Orosium lib. 1. Oros⁹. & secundo, Herodotum lib. 1. Herod. Euseb⁹. Eusebium Cæsariensem in annalibus, vbi ait ciuitatem Ninum fuisse captã regnante in Iudæa Iosia, & euersam regnante filio eius Ioacimo.

¶ *Bonus dominus & confortans.* Sẽsus est: etsi Deus iram suam in homines impios exercet, tamen pios cõsolatione permulcet. Clemens est & mitis, dolorem ac luctum abstergens, qui suos ad seipsum in calamitatibus confugientes mirabiliter consolatur. Hoc videtur dictum esse præcipuè propter Ezechiam, qui timens Assyriorum exercitum cinctus periculis diuinam implorauit misericordiam: & fuit consolatione affectus, ac diuinitus liberatus. Vide cap. 18. &. 19. lib. 4. Regum, & 4 Re 18. 37. Esaiæ, & primi Machabæorum. 7. Bonus hoc loco idem est quod benignus. Id quod ostendunt septuaginta interpretes, qui habent: Suauis dominus. In hanc sumitur significationem psal. 72. Quàm bonus Deus Israel ijs, qui recto sunt corde. Et. 117. Confitemini domino, quoniã bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Tu interim alta mente considera, quemadmodum Deus coniungat cũ iustitia misericordiam, quòd vtranque mirabiliter diligat. Id animo percipiens Dauid: Quoniam, inquit psalmo. 83. Misericordiam & veritatem diligit dominus Deus. Vbi nomine veritatis iustitia significatur. Poteris per vtranque intelligere clementiam: nam diuus Hieronymus vertit locũ illum ex Hebræo: Quia sol & scutum dominus Deus. Similiter Pagninus, Flaminius, & alij. Est enĩ Deus sol sempiternus, mentes piorum suo iucundo & salutari splendore exhilarans & nutriens, errorumque tenebras expellés. Estque firmissimus clypeus, quo virorũ virtute præstantiũ vita protecta nec violétis rerũ aduersarũ ictibus à statu dignitatis deijcitur, nec vllis pestilétibus oppugtionibus infringitur & labefactatur. Itaq; Deus est suorũ illuminator & protector. Sed rectè verterũt septuaginta interpretes, per solé nobis misericordiã designãtes, iuxta illud seruatoris nostri in euãgelio authore Luca cap. 6. Estote misericordes, sicut pater vester cœlestis misericors est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Scuto autem quid aptius significatur, quàm veritas Dei inuicta, de qua diuinus ac regius vates psal. 90. Scuto, inquit, circundabit te veritas eius. Sumi autem veritatem Dei pro iustitia indicat apostolus cap. 1. epistolæ ad Romanos, vbi veritatẽ opponit iniustitiæ, cùm ait: Qui veritatem Dei iniustitia detinét. Et Dauid psal. 24. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Et Salomon prouerbiorũ. 20. Misericordia & veritas custodiunt regem. Imò omnis iudex debet misericordiam cum iustitia copulare.

Luc. 6. Pſal. 90 Rom. 1 Pſal. 24 Prou. 20

¶ *Et confortans in die tribulationis.* Permittit Deus electos suos angi calamitate: sed non eos omnino derelinquit: quin potius eis dolorem leuat, & consolationem adhibet. Vt linũ euellitur ex terra, et in aquam immittitur, & postea concutitur, multaque perfert tormenta, quousq; ex illo excellens vestis conficiatur: sic verus Christianus extrahendus est à terra, ab amore rerum humanarum separãdus, & in pias lachrymarum aquas immittendus, donec per multas calamitatum angustias æquo animo toleratas efficiatur

Similitudo.

eximia

Pſal. 83. Hieron. Pagnin. Flamin.

eximia quædam ac pura vestis, cuius exéplo alij induantur. Cæterùm pro confortatus in die tribulationis, poteris vertere: Fortitudo suis in tempore calamitatis. Illisenim solet fortiter opé ferre, qui in acerbis ærumnis versati cœlum suspiciunt ad diuinũ numen pias lachrymas ardétesque preces profundentes, eiusque misericordiam toto animo implorantes.

¶ *Sciens sperantes in se.* Hoc est, approbans, & sciétia approbationis & beneuolentiæ eos cognoscens, qui in ipso spem suam figunt, ac locant. Eodem modo sumitur capite Exodi. 33. Inueniſti gratiam coram me: & teipsum noui ex nomine. Et psal. 1. Nouit dominus viam iustorũ. Et secundo capite posterioris ad Timotheum: Nouit dominus, qui sunt eius. Et Ioan. 10. Cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Huiusmodi sciétia nouit Deus expectantes ipsum: quorum quidam dicebat: Expectans expectaui dominum, & intendit mihi: & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Quibus verbis significat æquo animo tulisse dilationé præsidij, quod magno desiderio præstolabatur: & eleganter describit vim ac multitudinem calamitatum, in quibus versatus fuerat.

Exod. 33.
Psal 1.
2 Tim. 2
Ioan. 10
Psal. 39.

¶ *In diluuio prætereunte consummationẽ faciet loci eius.* Idest, aduenière exercitu Babylonico consumet Deus, & destruet locum ipsius ciuitatis Niniuiticæ. Comparat magnum Babyloniorum exercitum eluuioni prætereunti, omnia exturbanti. Acsi dicat: Impetu illius exercitus perdet Deus Niniuem, eamque cum habitatoribus suis penitus delebit. Eodem modo de exercitu Sénacheribi ait Esaias cap. 8. Adducet dominus super eos aquas fluminis fortes & multas. Poteris per diluuium acerbam illam vehementéque calamitaté intelligere: vt sit sensus: In magna illa & generali afflictione quam rex Assyrius illaturus est alijs, ita eum Deus euertet & consumet, vt locus eius postea non inueniatur. Eam ob causam vocat illam diluuium prętereiens, non permanés, quia etiamsi viros iustos attingat, eos tamen non omnino perdit. Id intelligens Dauid: Verũtamen, inquit psal. 31. in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabũt. Acsi dicat: Aquæ ærumnarum in earum eluuione non ita appropinquabunt ad virum iustum, vt eum lędant: incolumis enim euadet, cùm magna aliqua procella, & molestiarum eluuio extiterit. Videtur diuinus vates alludere ad eluuionem tempore Noe, qua impij fuerunt obruti, iusti autem seruati. Eodé modo Esaias. 28. Flagellũ inundans cùm transierit, non veniet super nos. Fortasse hoc ait Nahum, quia in euersione vrbis Niniuiticæ fluuius Euphrates creuit, eáq; obruit ex quadam parte, vt Diodorus Siculus testatur. Visa autem illa inundatione rex Assyrius mandauit se fugæ, quoniam habebat oraculum, tunc esse vrbem illam euertendam, cùm fluminis impetus eam ex parte aliqua deleret. Oraculum autem erat fortasse hæc Nahum vaticinatio. Tunc hostes irruerunt in Niniuitas, totamque vrbem spoliauerunt & vastauerunt. Diluuium in diuinis literis significat calamitatem, corruptioné vitiorum, & baptismum. Qua de re vide Gregorium duodecimo moraliũ cap. 12. Basilium in psal. 28. Arnobium in psal. 31. Tertullianum de baptismo, Philonem de profugis.

Esai 8.
Diodo.
Gregor.
Basil.
Arnobi.
Tertull.
Philon.

¶ *Inimicos eius persequentur tenebræ.* Hostes Dei erũt cæca caligine cooperti. Efficiet

ciet Deꝰ, vt tenebræ inimicos ſuos inſequantur. Acſi dicat: Acerbis detrimentis & calamitatibus afficiet Deus hoſtes ſuos. Perdet & deſtruet Ninam cum ciuibus ſuis, quos ad exitium & vaſtitatem vocabit. Tenebris omnia aduerſa & infelicia
Iob.17. ſignificátur. Capite Iob.17. Rurſum poſt
Eſai.5. tenebras ſpero lucé. Quinto Eſaiæ: Aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis. Hoc eſt, quæremus auxilium & leuamen, ſed nihil præter moleſtias &
Thren.3 mœrores aſpiciemus. Et Threnorum.3. Adduxit in tenebras, & non in lucé. Poteris per tenebras flagitia intelligere, quæ impium hominem adeò perturbant, vt ſeipſum non cognoſcat. Nec ſe poterit perfectè videre, niſi vitia reliquerit, labesque animi per pœnitentiam expiauerit. Vt qui ſe vult in ſpeculo contamina-
Similitudo. to perſpicere, oportet ſpeculũ ipſum tergere: ſic qui ſe vult agnoſcere, oportet cor ſuum perpurgare. Ac ita ſe: imò Deũ poterit videre. Nam vt Chriſtus Deus no-
Matt.5. ſter ait apud Matt.5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Non auté puri ſunt corde, quam diu illud tenebris habent coopertum. Sumi auté tenebras
Pſal.106 pro flagitijs indicat locus ille pſal.106. Sedentes in tenebris, & in vmbra mortis. Et
Ioan.3. Ioan.3. Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Et quoniam impij tenebras eligunt, tenebræ eos perſequũtur: & in tenebras exteriores, hoc eſt in æternam inferorum caliginẽ mittentur, vbi erit fletus, & ſtridor dentium, vt in euã-
Matt & &.22. gelio Chriſtus dominus teſtatur.

¶ *Quid cogitatis cõtra dominum?* Alloquitur Niniuitas, quos ſuperiore verſu inimicos Dei vocauerat. Senſus eſt: Quid machinamini aduerſus Deum? Quid excogitatis, vt poſsitis ab eius euadere vltione, cui nemo poteſt reſiſtere? Nihil vobis proderit tale conſilium. Ita Eſaias.8. Eſai.8.
Inite cõſilium, & diſsipabitur: loquimini verbum, & non fiet.

¶ *Conſumationem ipſe faciet, & non conſurget duplex tribulatio.* Id eſt, vos conſumet & perdet ſtatim Deus: illaturus eſt vobis cõfeſtim extrema ſupplicia: prima oppugnatio vos ita euertet, vt altera non ſit opus. Vna afflictione conſumet vos omnino. Hoc ita euenit: nam Niniuitæ facilè fuerunt à Babylonijs expugnati & interfecti. Exiſtimant nonnulli, vt Hie- Hieron,
ronymus & Remigius referunt, vatici- Remig.
natum fuiſſe hoc loco Nahum de inexpectata ſtrage & repentina pernicie exercitus Aſſyriorum, quãdo nocte vna Dei angelus ex illis interfecit centũoctoginta quinque millia, vt cap.19.lib.4.Reg.& 4 Reg.19
37. Eſaiæ literæ diuinæ teſtantur. Hæc Eſai.37.
verba: Non conſurget duplex tribulatio: poſſunt referri ad Hebræos iuxta Theo- Theop.
philacti ſententiam: vt ſit ſenſus: Vnum exitium nimirum decem tribuum permiſit Deus, cùm fuerunt per regem Aſſyriorum Salmanaſarum in eorum ſeruitutem coniectæ: ſed alterum non permittet, nempe vt duæ reliquæ tribus in eorum ditionem per regem Sennacheribum redigantur: nam eius exercitus vna nocte cõſumetur. Itaque faciet Deus cõſummationem, hoc eſt conſumet exercitum Aſſyriorũ, vt non conſurgat Hebræorũ populo altera calamitas. Septuaginta habét: Non vindicabit bis in id ipſum in tribulatione. Quod eandem habere poteſt intelligentiam. Vel ſenſus eſt: Pro vno eodemque crimine ſatis punito, & iuſtè atque æquè mulctato non infligitur à Deo altera pœna. Qui verá agit & perfectam pœnitentiá, à Deo non punitur.

Emisse. nitur. Vnde Gregorius Emissenus in homilia de pœnitentia Niniuitarũ ait: Ipse dominus loquitur: Non iudicabo bis in idipsum. Idest, quod tu in te seuerus agnoscis, ego propitius ignoscam. Quod tu tristis accusas, ego lætus absoluã: quod tu recordaris in publicum, ego obliuiscar in æternũ. Et quia per pœnitentiã tuam præueneisti sententiam meam, recondam gladium meum, ac me tibi ad remunerationũ tempora reseruabo. Id verò quod

Hieron. ait hoc loco Hieronymus fuisse multos temporaliter à Deo punitos, ne puniantur in æternum, de illis tantùm intelligitur, qui inter ipsa flagella pœnitentiam

Gratia. egerunt: vt ait Gratianus de pœnitentia distinctione tertia, cap. Sunt plures. Hæc septuaginta interpretum verba citantur in canonibus apostolorum cap. 25. suntq; in sacros canones relata distinctiõe octogesima prima, cap. Presbyter.

¶ *Sicut spinæ se inuicem complectuntur: sic conuiuium eorum.* Sensus est: Sicut spinæ simul colligatę in ignem proiectæ statim comburuntur: sic Assyrij pariter conuiuę nihil de pernicie sua cogitantes, post cõpotationem à Babylonijs obsessi in vrbe Nina expugnabuntur: & in ignem calamitatum missi instar stipulæ aridæ consumentur. Erunt Niniuitæ similes spinis colligatis in fasciculo in ignem coniecto. Quemadmodum spinæ solent pungere: sic Assyrij affligebant Iudæos: sed vtipsę constrictæ veluti sicca palea simul incendio absumuntur: sic ferè oẽs illi in vrbe concluſi simul facilè interficientur, penitusque dissipabuntur. Vide quàm citò impiorum potentia fuerit consumpta, & stipulæ aridæ incensæ comparata. Eodẽ

Esai. 1. modo Esaias cap. 1. Erit, inquit, fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrunque, & non erit, qui extinguat.

¶ *Ex te enim exibit cogitans contra dominum malitiam.* Alloquitur ciuitatem Ninam. Sensus est: Eam ob causam ô Nina euerteris, quia ex te exibit Sẽnacheribus cum exercitu magno & crudeli ad delendam Hierosolymam, struens machinas, & consilia iniens aduersus Deum, cogitans de eius sanctæ ciuitatis exitio. At Hierosolyma mansit incolumis, ipse autem per summam ignominiam ex illustris gloriæ excelso gradu fuit præcipitatus. Nam ipse Sennacheribus fidebat armis corporeis, sed pius Ezechias Hierosolymæ rex ad spiritualia arma cõfugit: 4 Re. 18. hoc est ad preces ad Deum fundendas, quibus impium Sennacheribum repulit ab obsidione, & Assyrios percussit. Hęc sunt arma, quibus viri pij & iusti omnia mala propellunt. Id quod cap. 48. Genes. Gen. 48 dixit Iacobus filio suo Ioseph: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo: vertit Onchelus Chaldęus: Quã Onchel. tuli de manu Amorrhæi oratione mea & deprecatione mea. Non enim legitur aliquando Iacob gladio, & arcu in prælijs vsus fuisse: sed forsitan arma eius fortia contra omnia aduersa piæ ardentesq; precationes extiterũt. Cyprianus in epi- Cypria. stola prima ad Cornelium: Incumbamꝰ, inquit, gemitibus assiduis, & deprecationibus crebris: hæc enim sunt nobis arma cœlestia, quæ stare & perseuerare firmiter faciunt: hæc sunt tela diuina, quæ protegunt. Hactenus ille. Ad hæc arma cõfugit rex Ezechias, quæ Sennacheribus neglexerat. Lege caput. 18. & 19. lib. 4. Re- 4 Re. 18. gum, vbi videbis pias preces Ezechiæ, & & 19. impias execrationes Sennacheribi, quas

ipse

ipſe per Rabſacem ducē ſuum in Deum proferebat, cùm Hieroſolymá oppugnabat. Volebat ciuitatem euertere, & populum à lege veri Dei ſeparare. Ideo ſequitur: Mente pertractans præuaricationem. Quare meritò fuit ſubitò euerſus, eiusque exercitus occiſus. Hanc repentinam perniciem impiorum explicant nōnulli de tempore vltimo: de quo ait apo-
1.Theſ.5 ſtolus capite. 5. prioris ad Theſſalonicenſes: Dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Cùm enim dixerint: pax & ſecuritas, tunc repentinus eius ſuperueniet interitus. Et ſaluator noſter apud Matthęū
Matt.25 vigeſimoquinto: Sicut in diebus Noe antè diluuium erant comedentes & bibentes: nubentes, & nuptui tradentes: & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ſic erit aduentus filij hominis. Sed meo quidem iudicio in ſenſu literali hoc intelligitur de ſubita Aſſyriorū ſtrage in vrbe Niniue ſeu Nina: vtroq; enim nomine, vt diximus, vocatur. Aiūt Nabuchodonoſorem ciuitatē illam expugnaſſe, & in prelio illo infinitam Niniuitarum multitudinem occidiſſe. Poteſt etiā intelligi de horribili clade exercitus Aſſyriorum in caſtris. Nam vbi Sēnacheribus ſplendidum conuiuium ſuis parauit, cubitumque diſceſſit, nocte illa venit angelus domini, & percuſſit in caſtris eius centum octoginta quinque milia hominum, vt proditum eſt memorię
4.Re.19 libro quarto Regum. Videns autem hoc Sennacheribus contulit ſe in fugam, & cū in patria ſua coleret vanum commentitiumque Deum ſuū, fuit à filijs ſuis crudeliter interfectus. Ditiſsimus rex erat: ſed cupiditate incenſus, quanto maioribus opibus circūfluebat, tanto eas ardentius deſiderabat. Vtignis quāto plura ligna recipit, tanto maiores flammas emittit: ſic diues auarus & tenax, quanto amplioribus diuitijs abundat, tanto ardentiore deſiderio illarum inflammatur. Ac
1.Pet.1
vt Iuuenalis ait: Creſcit amor numi, quātum ipſa pecunia creſcit. Nunquam ſatiatur cupiditatis ſitis. Id voluerunt poetæ ſignificare, cùm fictis fabulis memoriæ prodiderunt, Tantalum mento ſummam aquam attingentem eam maximè cupere, & in medio aquarum ſiti laborare. Imò ſolent aliquando ditiores egere & eſurire: iuxta illud pſalmi trigeſi-
Pſal.33. mitertij: Diuites eguerunt, & eſurierunt: inquirentes autem dominum non minuentur omni bono. Quare perſpicuum eſt diuitiarū affluentiam non eſſe in bonis numerandam: præſertim cùm ſciamus Sennacheribum ditiſsimum principem cum multis alijs ei ſimilibus tam
Num.2
infelici fine vitam terminaſſe. Quod il-
Similia. lis non eueniret, ſi fuiſſent ſapientia pręditi: princeps enim ſine ſapientia eſt oculus ſine aſpectu, ſol ſine lumine, nauis ſine gubernaculo, præco ſine voce, auis ſine pluma, paſtor ſine pera, caput ſine oculis, cœlum ſine ſyderibus omni lumine deſtitutum.

Hæc dicit dominus: Si perfecti fuerint, et ita plures, ſic quoque attondentur: & pertrāſibit: afflixi te, & non affligam te vltrà. Et nunc conteram virgam eius de dorſo tuo: & vincula tua diſrumpam. Et præcipiet ſuper te dominus. Non ſeminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam ſculptile & conflatile: ponam ſepulchrum tuum: quia inhonoratus es. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem: celebra Iudah feſtiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adijciet vltrà, vt pertranſeat in te Belial, vniuerſus interijt.

D Eſai.7

¶ *Hæc*

Similitudo.

¶ *Hæc dicit dominus.* Phrasis est diuinorum vatum, quibus suarum vaticinationum firmitudinem & authoritatē ostendunt. Nam vt diuus ait Petrus capite.1. posterioris epistolæ suæ: Non voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Acsi dicat: non vaticinantur prophetæ ex proprio arbitrio & sēsu, sed spiritu diuino permoti, rapti, incitati, illuminati, & impulsi. Vnde colliges eos in errorē incidere, qui aiunt veros diuinos vates instar fistularū sonum reddentiū quem non intelligūt, vaticinationes suas protulisse. Est enim prophetia à spiritu sancto intelligentiæ diuinorū vatū cōmunicata: quamobrem videntes appellantur. Vt autem testificētur certissima esse, quæ prædicūt, aiunt ea dicere dominū, qui verax est: nam capite Numero.23. scriptum legimus: Non est Deus vt homo, vt mentiatur.

2.Pet.1.

Num.23

¶ *Si perfecti fuerint, & ita plures, sic quoq; attondentur.* Hoc est, etsi Assyrij hostes tui ô Hierosolyma, perfecti sint robore, fortitudine, & arte militari: atq; optimè instructi, & quāplurimi numero, tamen non te expugnabunt: nam nocte vna ab angelo attondentur, & trucidabuntur. Quanto plures fuerint, tanto plures peribunt. Vocauit Nahum eorum cædem & stragem attonsionem, Esaiam imitatus, qui dixerat capite septimo: In die illa radet dominus nouacula conducta in rege Assyriorum caput & pilos pedum, & barbam vniuersam. Vbi per nouaculam cōductam, hoc est optimam, intelligitur diuina potentia, quæ ex Assyrijs occidit caput, hoc est regē in ciuitate, & pilos barbæ in castris, hoc est magnates & nobiles, & pilos pedū, hoc est obscuro loco natos.

Esai.7.

¶ *Et pertransibit.* Subauditur Sennacheribus. Videns enim exercitum trucidatū reuersus est in patriam suam, vbi fuit à proprijs filijs, à visceribus suis interfectus. Vel sic: Et pertransibit, hoc est peribit potentia eius.

¶ *Afflixi te, & non affligam te vltrà.* Alloquitur Deus Ezechiam Hierosolymæ regem ab Assyriorum rege vexatū. Vel populum Iudaicum Hierosolymæ concluſum: qui nō fuit postea ab Assyrijs afflictus, licet fuerit à Babylonijs oppressō: vt cap. vlt. lib. 4. Regum, & Ieremiæ. 39. & 52. & alijs locis literæ diuinæ memoriæ prodiderunt.

4. Reg. vltim. Iere. 39. & 52.

¶ *Et nunc.* Idest quia citò. Accipitur & pro quia, vt capite. 64. Esaiæ: Tu iratus es, & nos peccauimus. Et Lucæ secundo: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus.

Esai. 64. Luc. 2.

¶ *Conteram virgam eius de dorso tuo.* Idest infringam potestatem flagellumque regis Assyriorū, quo te percutere conabatur. Sumi virgā pro flagello indicat Iob capite nono, cùm ait: Auferat à me virgam suam. Et Dauid psalmo. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum. Et. 124. Non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Ita tuetur Deus viros iustos, vt non permittat eos tyrānide impiorū oppressos longo tēpore teneri. Et Esai. 14. Contriuit dominus baculū impiorum, virgam dominantiū cædentem populos. Sumitur virga pro potestate, quam Deus tribuit regibus & principibus, qua illi ipsum Deū sæpenumero offendunt. Vt milites accipiebāt à Christo arundiné, qua eum percutiebāt: sic nōnulli principes & pōtifices potestate, quam accipiūt à Deo, eiº gloriā percutiūt. Cæterùm hoc Nahū loco per virgā

Iob. 9. Psal. 88. Psal. 124 Esai. 14. Similitudo.